CÆſar de Blandrate I. V. D. Archid. Vercellen. & Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan. Vicarius Generalis &c. ſic inſtante M. R. D. Carolo Litta Cappellano Cappellæ S. Mariæ aſſumptæ fundatæ à qu. D. Franciſco Bernardino Cruceo in Parochiali Gorlæ Maioris pro celebratione Miſſæ quotidianæ nomine dictæ Cappellæ principal. ſaluis &c. & cum reſſeruatione conſequendi quæqq; credita, & iura contra quoſqq; perſonas, & bona &c. obligatas, & obligata &c. licentiam concedimus, & liberam impartimur facultatem cuilibet ſeruitori, quatenus requiſitus pro parte dicti D. Littæ modo quo ſupra vadat qualibet die non tamen feriata in honorem Dei, vel Sanctorum de præcepto ad omnes partes neceſſarias vna cum Notario, & teſtibus opportunis ad ponendum, inducendum dictum D. Littam nomine quo ſupra in poſſeſſionem, & tenutam omnium bonorum, & iurium totius hæreditatis dicti quon. D. Franciſci Bernardini vbiuis ſit, & exiſten. poſitumq; & inductum manutenendum, & deffendendum in dicta poſſeſſione, & tenuta dictorum bonorum, & iurium remotis quibuſqq; illicitis detentoribus, & occupatoribus, & ad præcipiendum, & quod præcipiat, prout tenore præſentis præcepti ipſe D. Vicarius præcipit, & præcipiendo mandat quibuſqq; fictabilibus, Colonis, Inquilinis, emphiteutis, reddituarijs, & laborantibus, quatenus ſtatim habito præſenti præcepto recognoſcant ipſum D. Littam modo quo ſupra in Dominum, & poſſeſſorem, & locatorem bonorum dictæ totius hæreditatis, eidemq; fructus, redditus, & prouentus reſpondeant, aliter ad eos expellendum. Item ad præcipiendum quibuſqq; expedierit quatenus non audeant, nec præſumant directè, nec per indirectum, quouis quæſito colore, ingenio, vel prætextu turbare, moleſtare præfatum D. Littam modo quo ſupra in poſſeſſione, & tenuta dictorum bonorum, & iurium, & perceptione fructuum dictæ totius hæreditatis quorum omnium

leſtatinè, ac ſcutorum mille auri pro quolibet inobediente locis pijs applican. & pro illis mandati executiui, & in iuris ſubſidium excōmunicationis &c, & hoc attento decreto die hodierna facto, cuius vigore præſens præceptum conceſſum fuit de cuius &c. Mediolani die 20. Martij 1660.

Signat. C. de Blandrate A. V. Vic. Gen,

Pro M. R. D. Cancell.